



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o tertia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

componere et sic quod unumquodque
 quod ornatum bonis operibus vide-
 rit: ita illi gratiam sue misericordie
 dispensabit. Tu autem. **R.**
 Ecce dominus veniet et omnes
 sancti eius cum eo: et erit in die
 illa lux magna et erunt de hieru-
 susalem sicut aqua munda. Et
 regnabit dominus in eternum super
 omnes gentes. **P.** A solis ortu
 et occasu ab aquilone et mari.
 Et regnabit. **Lectio tertia.**
Si enim viderit charitatis lu-
 ce vestitum iusticie vel miseri-
 cordie margaritis ornatum ca-
 stum humilem benignum miseri-
 ricordem et sobrium: si tale ag-
 nouerit corpus et sanguinem su-
 um ei non ad iudicium sed ad re-
 mediis anime per sacerdotium
 suorum ministerium dispensabit
 Tu. **R.** Hierusalem surge et sta in
 excelsis et vide Jocunditates
 que veniet tibi a deo tuo. **P.**
 Leua in circuitu oculos tuos
 et vide et contemplare Jocu.
 Gloria Jocunditates. **In ses-**
cundo nocturno an. De syon
 erit lex et verbum domini in hieru-
 salem. **an.** Benedicta tu in
 mulieribus et benedictus fructus
 ventris tui. **an.** Et egypto
 vocavi filium meum veniet
 et saluet populum suum. **P.**
 Egredietur dominus. **Le. iij.**
Si vero aliquem viderit ad-
 ulterius ebriosum cupidum: superbum
 timeo ne hoc illi dicatur quod in

euangelio ille predixit. **Ami.**
 ce quomodo huc intrasti non
 habens vestem nuptialem: et quod
 auertat deus: fiat illud quod scri-
 quitur Ligate ei manus et pe-
 des et projicite eum in tenebras
 exteriores ibi erit fletus et stridor
 dentium. **Ecce** qualem sententiam
 in die iudicij excipiet et qui sine
 remedio penitentie ad festiuitatem
 domini vitiorum sordibus inquinatus
 accesserit. Tu autem. **R.** Civitas
 hierusalem noli flere quoniam
 doluit dominus super te. Et auferet
 a te omnem tribulationem. **P.**
 Ecce dominator dominus cum virtute
 veniet Et auferet. **Lectio. y.**
In natali enim domini fratres dile-
 ctissimi quasi in nuptiis spiri-
 talibus sponse sue ecclesie christus
 adiunctus est. Tunc veritas
 de terra est: tunc iusticia de ce-
 lo prospexit Tunc processit spousus
 de thalamo suo hoc est verbum
 dei de utero virginali processit
 enim ad sponsam suam id est
 est humanam carnem suscepit.
 Tu autem. **R.** Ecce venit
 et dominus protector noster sanctus
 israel Coronam regni habes
 in capite suo. **P.** Ecce dominator
 dominus cum virtute veniet
 Coronam. **Lectio sexta.**
Ad istas ergo tam sanctas nup-
 tias inuitati et ad conuiuium
 patris et filij et spiritus sancti intra-
 tui videre qualibus indumentis